





Q D. B. V.

QVÆDAM

MEDICÆ  
ANNOTATIONES

AD  
THOMASIANAM  
DISPUTATIONEM

DE  
PRÆSUMPTIONE

FURORIS

ATQVE  
DEMENTIÆ,

QVAS  
AUTORITATE AMPLISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ,

PRAESIDE

ELIA CAMERARIO,

Med. D. ac Prof. Ord. Conf. & Arch. Wirt.

PRO LICENTIA,  
AC OBTINENDIS HONORIBUS

DOCTORALIBUS,

AD DIEM MARTII M DCC XXX.

ERUDITORUM EXAMINI

SUBMITTIT

WILHELMUS FRIDERICUS JÆGER,

Kircho - Teccensis.

TUBINGÆ, Literis ROEBELIANIS,

39

1730/1.

15







## Praefatio.

**A**bsit, ut mortuo Leoni insultemus. Aestimamus pretio su-  
o insignia Viri Illustris merita. Neque tamen ille sedere vo-  
luit in Cathedra Petri, nec videri infallibilis. Quando-  
quidem verò circa spiritus essentiam monere nobis impunè  
lucuit viventem, nec indignantem modestæ Veritatis in-  
quisitioni, etiam post fata Ejus memoriam recolimus ipsa hac, quam sus-  
cipimus Veritatis indagatione circa rem adeò intricatam ac difficilem. Sex  
enim post editam hanc Disputationem annis in Praefatione insignis Juris-  
prudentiae Medicae Excell. D. D. ALBERTI sibi adhuc mirè placuit ne-  
gatione omnis, hisce quidem in morbis, Intervalli Lucidi. Id verò In-  
ventum nobis centum boum mactatione dignum haud videbatur, neque  
tanti momenti, ut ejus gratia P. Zacchiam æque, ac Menochium, Man-  
tiam, atque Mascardum ineptiarum argueret; cumque Zacchiæ inani  
opera Medicorum præcedentiam urgente ambitionem exprobrat, nescio  
qui factum sit, ut in mentem venerit calcans philosophicum Platonis fa-  
stum astutus Dolii Incola Diogenes. Quicquid verò horum sit; scopus  
nostrus eò saltim tendit, ut difficilis hæc delitorum doctrina ab aliis  
pleniore restituatur luci, quibus dare ansam utilissimi negotii voluimus.  
Illustri enim Viro res adeò abstrusa perspecta satis non erat, quippe quæ  
plurimum pender ab Experientia Medica ampliore. Nec credas, nos  
multum h̄c nobis tribuere. Clarissimi sanè Jurisconsulti à tenebris no-  
stris lucem non petent. Scribimus hæc Discentibus, damusque d' spu-  
tandi materiam, breviter omnia attingentes, uti per ardentes carbones  
graditur celeri gressu gallus. Liberum hinc Tibi, B. L. judicium omni-  
dō relinquatur, liberaque nostrorum effatorum condemnatio. &c.

A 2

Nom

Non possumus non assentii in plurimis Cel. Viro, cum maximè in Princípio  
 doctissimi Scripti, ubi monet, dubium esse, quinam homines pro furiosis  
 aut dementibus sunt habendi, &c. Deprebedes enim, ita pergit, circa  
 bas questiones sive Jctos evolvas, sive Medicos, tanum non ubique opinio-  
 nes communes contra communes, aut certe assertiones obscuras, dubias, in-  
 certas. Evolve saltum ex Jctis Mascalorum, Menochium, Manticam, ex  
 Medicis Zacciam, & deprebedes, te post eorum lectionem esse incertiores,  
 quam ante fueras. Uti enim dicti Antores sua collegunt ex antecessoribus,  
 ita & successores eorum eos ferè iterum exscribere solent, & ita Juris incer-  
 titudinem non tollere, sed angere. Allegat præjudicium autoritatis, & præ-  
 cipitantæ, communes errorum fontes; sic enim doctissimi Vici non pro-  
 priis viderunt oculis, sed alienis, tum glossatorum Juris, tum antiquum  
 Medicinæ, à quorum placitis sibi ne latum quidem unguem recedendum  
 esse perversè judicarunt. Excusserat dudum illud jugum Vir Illust. sed  
 videbatur quoque aliis subinde declinare ad alterum præcipitantæ nem-  
 pe, extremum, ac judicare re non satis perspecta, unde tot ipsi intentatæ  
 lites, tot querela de rebus mitigationem forsitan admittentibus, hinc &  
 ingenua, laudandæque subinde retraætationes, mentisque sanioris decla-  
 rationes in omni disciplinarum cultiorum ambitu, cui Ill. Vir tanquam  
 vasto oceano se profundissimè immerserat. Quicquid verò sit de Jctis  
 de Zacchia ista diffiteri non licet, eum scil. & in hac gravi materia, &  
 in aliis pro norma indubia haberri minimè posse. Omnia quidem in va-  
 sto opere eruditæ ac prolixè tradit, sed satis ræpe confusæ, vagisque &  
 incertis effatis, miscens quadrata rotundis. Utinam suppeteret aliquis,  
 vel plures etiam, juncta opera, pares tanto negotio, satisque instructi sub-  
 fidii omnibus, quam egregium isti nobis extruerent palatum, si can-  
 didè, eruditè, sine præjudiciis in hoc stadio progredierentur, invenirent in  
 Zacchiae pulchro opere molam erudiotionis haud satis digestam, extrica-  
 tamque, eamque in ordinem redigendo, incerta firmando, dubia evol-  
 vendo, defectus supplendo opus efficenter perpetua laudum hecatombe  
 dignum. Cæterum diffiteri haud licet, hæc præjudicia non veteribus lo-  
 lüm reprobrandæ, verùm etiam modernis; Veteres Jureconsulti cautissi-  
 mè deciderunt in disputationibus suis, hinc & illæ in regulas quasi abie-  
 runt, eandem per omnia attentionem Vir Cel, haud adhibuit, ac disci-  
 puli tamein eandem effatis vim tribuunt, hinc graves errorum fontes, si  
 exemplum desideres, provocare licet vel ad sola circa Magiam scripta,  
 quæ satis excocta haud esse fatendum est, discencibus ad profaniora fa-  
 cilè

silè inclinantibus eo ipso arrendentia , eti admodum incerta, ac præcipi-  
tanter asserta.

Egregia sunt III. §. monita , homines omnino sunt eruditi , quan-  
tumvis eriam præcellentes , ac errori proin obnoxii , nec quisquam facile  
extendat potestatem legislatoriam ad definitiones , nec subtilitate , nec fa-  
cilitate veritas metienda est . Id verò mirum videri cuiquam queat , Vi-  
rum Cel. agnoscere , doctrinam de definitione & criteriis furiosorum per-  
tinere ad Physicam , vel Medicinam , & mox tamen eodem §. profiteri , se  
tentaturum , annon abstrahendo ab omni auctoritate , ex sensu communi ,  
& observationibus inde deductis , omniumque hominum captui conve-  
nientibus , absque autoritatibus vel J Ctorum , vel Medicorum , doctrinam  
hanc de præsumt . furoris & dementiae perspicue proponere possit , erro-  
resque aliorum detegere &c . Hac verò ipsissima vanæ in viribus suis confi-  
dentiæ via in errores abductus est Vir alias perspicacissimus , destitutus  
enim experientia Medica , substitutus sufficienti datorum , observationum  
que numero palpabat in tenebris , atque aliis tamen voluit præferre fa-  
cem , gravissimè impingens in regulas à se modò firmatas .

Quarto Paragr. graphicè Vir Illust. depingit universalem hominum  
(quorum sc. mens cœlitus emendata non est) stultitiam , turpemque sub  
affectione tristi jugo , servitutem . Hunc verò furorem moralem non vult  
hic attendere ; nec tamen negligere eum penitus licebit , si gravissimas ,  
quas subinde post se trahit sequelas intueamur . Crescent quandoque  
nativa hæc mala ac prædominium gradatim usque ad rationis eclipsin ac-  
quirunt . Recordor fœminæ in Betlemico Londin. morodochio non in-  
clusæ , sed liberæ in area sedentis , quam superbia ita sensim reddiderat fa-  
tuam , ut taciturna sedens tota die suas , quas ex papyro haud inscitè con-  
ficerat vestium laciniæ quisquiliæque diduceret , atque in ordinem re-  
digeret . Assidebat non procul ab illa peritus scribendi arte Magister ,  
totus sibi placens in scriptione sua perenni , at inutili , qua oblinebat &  
chartas , & cubilia , & parietes , cumque & specimen nobis dono dedit ,  
ex alterum æquè ac socia illa silens ac delirus . Vir quidam multa erudi-  
tione obrutus adeò ambitionis vi exarsit , cùm contemni crederet sua me-  
rita , ut per plurimos gradus ad absurdas tandem delirasque actiones as-  
surgeret , obtenta tamen in tempore sparta sensim ad sanam rediit men-  
tem , munericque suo satis bene ac constanter præfuit ; alio eodem ex ca-  
pite stulteſcente suisque perpetuò deliriis immerso , utut sævissimis subji-  
cetur remediorum tormentis . Hi omnes per gradus eunt ad stultitiam ,

interest igitur publici, ut & isti gradus probè observantur, distinguanturque. De ebris, horum æmulis, eorumque gradibus sermo nobis haud erit; nec licet tamen penitus silere amoris stultias ac furores, ad gravissima deliria, ad uterinos haud raro furores increscentes. Quam sæpe hic hæret in judicando aqua, quot h̄i, quamque diversi gradus obtinent, adeò ut de philtro haud infrequenter oboriantur suspicio, dubiumque, ubi sola increscens affectuum vis omnem ludit tragediam. Merenturque attendi quæ in hac rem scriptis Cardinalis Perruccius in Epistolis, et si per omnia rem forsan acu haud terigerit. Egregia tamen moner circa combinationes deliriorum atque tentationum tum naturalium, tum Diabolicalium. (Ecquis enim, cui frons sit, negare has sufficiat?) Pandit verò hic se se campus amplissimum, dignissimumque attentione omnium, circa confinia Melancholia tristis, tentationum, ac deliriorum, plurimi de his protestant libri omnis generis Eruditorum, neque tamen rem satis hæc tenus penitatem enucleatamque esse, ausim affirmare, qui tota die ingentes hec conspicio confusiones; methodosque rei intricatae extricandæ minus adæquatas. Hujus verò loci res illa non est, sufficit monuisse eos, qui in methodis hæc tenus consuetis secure acquiescant, ut profundis, penitusque istas scrutentur differentias, atque combinationes, ut & gratiae & naturæ suum tribuatur, distinctèque de distinctis judicetur.

Removet quinto §. à scopo suo fatuos morales. Monet Lynceos mortalia in aliorum fatuitates oculos cœcutire prorsus in propriis; sicutque in vasto hoc habitatæ terræ morodochio alterum alteri vastum præbere derisionis mutuæ theatrum. Nemo in se tentat descendere, nemo vitia videt nisi aliena. Reditur nunc in mentem Morodochii amstelodamensis homuncio, liberè tum obambulans in ædium area; sana ille omnia loquebatur, belli memorabat eventus, monstrabat ergastulorum seriem, enarrabat cuiusvis stulti aberrationes exactè admodum, stata verò hora, cum sapere hæc tenus quam rectè videtur, intrudebatur ergastulo suo, suo max defuncturus temporio furore. Nec existimernus tamen morales hos fatuos omni hec consideratione esse indignos. Uri enim nemo repente fit pessimus, ita nec repentinus est ad ultioreum stultitiam progressus. In similibus enim, quos præcedente paragi. allegamus casibus non subito transitus fit ab affectu effreni ad stoliditatem, mentisque emotionem, sunt hic & incrementa & decrementa multiplicia, quam quæso difficile est integratatem mentis in casibus mirè variis agnoscere ac certò pronunciare in tristibus istiusmodi turbis; quæ quidem

quidem obiter monuisse sufficiat. Nec indicti penitus abibunt, quos excludit quoque Cel. Vir, fatui morales, sive aularum Moriones; dubites enim haud immerito, an omnes sagaces, atque ad civilia munera sint apti, quod hec dicitur. Multi horum perpetuum ineptiendo obbruscant. Et quis eorum enarraverit species, gradusque, cum maxime viri alias acuti & primores data opera ut magnatibus placeant inepti toti subinde diffundant. Nisi fallat memoria, Bailius allegat illustre Exemplum Viri summi ac ingeniosi, qui hac via ad infimae cayeæ Morionem imprudens nimium ob communia studia accesserat, cum enim Morio Rege prandente, coram universa aula Ill. Viro diceret: Couvrons nous, nous sommes sans consequence! Vir acris ingenii tam vivide, subitoque fuit familiari isto scommate perculsus, prostratusque, ut agnosceens errorem suum in gravem mox trifitiam ac Melancholiam prolabetur, brevique actis in ingentem eccentricitatem dissipatis spiritibus funere merlus fuerit acerbo. Ecquis vero hic dubiter, posse in tali casu tot intricatas occurrere circumstantias, ut deliberatione haud proletaria opus sit illis, qui tales animi statum perturbatum, taliaque deliria vel imminentia, vel jam citatis gressibus obrepentia sufficienter velint discernere, ac de validitate actionum judicare.

Physicum sexto paragt. furorem ac dementiam adgreditur, rem que agit proprio marte Vir Cel. Definit vero hos affectus, quod sint morbi a corpore orti, rationem hominis & ejus sedem & instrumentum praecipuum, hoc est Cerebrum corruptentes, vel debilitantes. At ιζαγωνος non est quod semper orientur primo a corpore, possunt enim solentque ab anima oriri per vehementes affectum, subitaneosque ac diuturnos impetus, semper vero respondet dispositioni in anima ortæ alia in Cerebri fibrillis ac spiritibus. Rationis sedes praincipua non est Cerebrum, sed ipsa anima. Cerebrum potest debilitari innumeris modis atque gradibus integro manente rationis usu, cuius laesioni peculiaris respondet ac sui generis in Cerebro debilitas. Nec corrupti Cerebrum aptè dicitur in delirio quovis, estque hic terminus corruptionis nimis vagus quam ut adhiberi hic commode queat. Deliriorum plura omnino sunt genera, aut species potius, nec vero illa solum ad Medici curam pertinent, sed & ad Jurisperitorum considerationem, ut de distinctis distinctè possint judicare. Absit vero ut leges ponere audeamus limitesque Ill. D. D. JCtis, id vero plene nobis persuasum est, easdem notiones, easdemque etiam definitiones communes esse debere JCtis & Medicis, cum de iisdem

dem casibus specialibus imò individualibus tota die judicandum ipsis sit, quod debita ~~et~~ fieri haud potest, nisi easdem de affectibus his sibi forment ideas ac definitiones. Mirandum ergo Cel. Virum ad hæc non attendisse, atque existimasse licere aliter hic distinguere ac definire JCris, aliterque Medicis.

Paragrapho Septimo Vir Cel. tradit differentias deliriorum, pro vocatque ea in re tandem ad experientiam, poterat verò hæc illum docere, si Ipsi sati ampla obtigisset, Ipsum non bene nec adæquatè hic docere, quia non bene, nec plenè distinguuntur. Respicit scilicet furiosos, & mente captos, eoq[ue] refert omnes deliriorum species; Verum enim verò descriptiones ab Ipo traditæ nec distinctæ sunt, nec adæquatæ. Mente captos dicit eos, qui stulta & omni rationi adversa agunt quietè, id est, ut nec sibi, nec aliis noceant, furiosos contra, qui sibi & aliis nocere intendantur. Quam verò hæc manca sunt; ex metu enim, & angore sibi ipsis nocent plurimi, sine omni furore, sperant enim se his viis (Suspendii sc. vel alius generis mortis) à summo anxio metu liberandos esse. Nec mente capti agunt quietè, sed perpetua inquietudine agitantur. Præstisset igitur meliorem in his affectibus distinguendis servare ordinem, nec vagas dare in re tam difficili ac intricata Ideas, cùm experientia eò sufficiens destitueret. Virum Cel. Delirium enim genus est species omnes sub se comprehendens, estque id vel cum febre & furore in phrenitide, vel cum febre sine furore in febribus multis continuis, imò & subinde in Paroxysmis intermittentiū; vel est delirium cum furore sine febri, in Mania; vel sine febri & sine furore cum metu & tristitia in Melancholia. Quanquam & subinde in his fervor se exaserat, vel ipso febrili vehementior, et si forte cum minore Massæ sanguinæ in crassi sua turbatione. Omnes verò ista species mirificè differunt qua gradus & individua, ad quæ omnino ac præcipuè attendendum est. Ipse Vir Cel. hoc monuit agnoscitque quoad nonnullas species delirii, e. g. quod quidam in omnibus delirent, alii saltim circa certa objecta, quæ ipsis firmissimè impressa sunt; Et quod alii omnibus semper nocere ve- lint, alii saltim per intervalla; ubi omnino ipsi conceditur eandem pa- roxyismorum febrilium & deliriorum periodicorum rationem non esse, quanquam & dentur delirantes statim temporibus, & ex adverso februm intermittentium tempora non semper sint exacta, sed multis lâpe horis anticipent, sepè tardius aggrediantur, adeoque eriam incerta sint. Dum verò afferit intervalla furiolorum regulariter esse incerta, obscura, & mi- nimè

nimè dilucida, jam inservit hypothesi suæ, quam in sequentibus conatur stabilire, provocans ad experientiam, que tamen ipsi minime faciat. Poteratque exactius loqui dum inter differentias statuit ex febre a denti furentes facilè curari, et si enim acutè decurrant hi morbi, ac brevi terminentur, non tamen facilè curantur, est enim in cerebri penetratibus aggestio sanguinis, quæ si in phreneticis evalefacat in inflammationem, omnem curationis spem precludit, ubi tamen consideratione dignum est, etiam eos qui ex furore isto obeunt, plerumque ante obitum redire ex furore ad tranquillitatem, imò & ad mentis sepe usum, quem sanum sèpius dicerem, nisi mallem statum illum ulteriori disquisitioni relinquere, quoniam graduales ibi differentiæ attendentibus satis obviae sunt.

Causas Delirii Vir Ill. paragr. octavo scrutatur, multa ibi cumulantur, miscenturque certa æque ac incerta. Adjunctum mali frequentissimum est timor, tristitia, anxietas, magis tamen effectus habent rationem, quam causæ, nisi ex vehementia horum affectionum prima morbi origo pullulaverit. Sic mœror timorque Melancholiæ, ira atque audacia, vel portius impetus vagus brutusque furoris indicium adjunctumque erit. Quod verò dicitur, dari mente captos (ita enim Melancholicæ delirantes vocat) non timidos, si ex magno memoriae defectu, aut ex imaginatione falsa, quæ non semper possit timori adscribi, morbus oriatur; id cum grano salis accipendum. Etsi enim in his timor causæ rationem non habeat, plerumque tamen tanquam effectus adjunctumque subsequitur ac comitantur; imò opprimit miserios, paucissimos enim offendit Melancholicos quos timor non occupet perpetuus, mœrorque. Quando autem dicitur, dari etiam furiosos, qui valdè sint timidi, attendendum est ad furiosorum status mirè variantes, plerique enim non semper furore agitantur, extraque illum præ timore trepidant, imò in ipso furore timent virgas monstraras, seque in angulum præ timore non raro recipiunt. Quod verò additur de moribus incerta sunt, nec infallibilis est quæ mores character, quod omnes timidi sint crudeles, & impudentes, ac vice versa; Nec obstat quicquam quo minus furiosis audaciam tribuas, et si enim substituat crudelitatem & impudentiam Vir Cel. non tamen satis attendit has sine illa nunquam inveniri. Nec sanè omnes crudeles & impudentes sunt timidi, imò omnes qui ad hanc classem pertinent audaciam suam in omni vita satis manifestant. Dicit verò, per jocum Ipsi semper familiarē, *salva reverentia Medicorum, tempe-  
ramen-*

ramentum Melancholicum videri sibi esse regulariter fons morborum in mente captis & furiosis, cum hac tamen diversitate, ut si Melancholia, avaritia filia, sit passio dominans una cum voluptate, regulariter inde oriri possit capivitas mentis, si una cum ambitione, regulariter ad furorem redigere possit homines. Omnia verò ista fragili nituntur fulcro, doctrina scil. de Temperamentis, eorumque in mores dominio & influxu, quod sanè plus quam par est in Morali philosophia Vir. Cel. extendit, ampliavitque; præterquam enim quod ista de quatuor Temperamentis doctrina ne à Medicis quidem satis stabilita, ictumque ad numerum ac genium restringita sit, sed suos patiatur manes; omnia sanè temperamenta sub variis circumstantiis & delirio tristi, & furori fieri possunt obnoxia, cumpromis per diuturnas, aut subitaneas quoque, easque graviores mentis afflictiones, passionesque; supraq[ue] jam vidimus ambitionem prædominantem Melancholiæ frequenter nec tamen furorem statim sive maniam producere; nec ad temperamenta adstringuntur passiones dominantes, multum h[ic] imò omnia labes nativa, multum educatio, conversatioque & aliae circumstantiae efficiunt; concentrantur sanè Naturā in quavis mente omnia virtus, ita tamen ut possit prævalere unum præalio; id quod uni Temperamento adscribere nefas foret. Certum verò est illam sanguinis sicciorum, torpidioremque dispositionem, quam Melancholicum vocant temp[er]amentum, potissimum ac frequentius conferre ad cudentos istos affectus.

Patet hinc quid judicandum sit de Verbis paragraphi ultimis: Non tamen negaverim posse etiam ex mente capto fieri furiosum, v.g. si cum melancholia & voluptas, & ambitio dominantur, eti rariissima putem esse exempla, quod ex furioso aliquis ad mente captorum classem sit translatus. Et qui queso poterat id negare, ac contra Solem loqui, tota die occurrunt exempla delirantium, perpetuis successionibus nunc Melancholicorum, (quos mente captos vocat Vir. Cel.) nunc Maniacorum seu furiosorum insultuum obnoxiorum, etiam ubi nullas ambitio & voluptas partes habent; nec rara esse exempla, quod ex furioso aliquis ad mente captorum classem sit translatus, experientia frequentior nos docuit, Virque eruditus supra allegatus clarum exhibuit exemplum. Quam vanaverò sint ista ex temperamenti unicè desumpta passionum & dehinc deliriorum principia, non aliunde clarius conspicias, quam ex summo furoris generere, post tristitiam, turbatamque primò mentem, exorto ex morbo rabidi canis, ac Hydrophobia juncto, nullibi major rabies, manique impetus

impetus magis extremitati, nihil tamen hic temperamento, nil adscriptæ huic passione debetur; omni enim tempore terribile hoc periculum imminet, omniaque fluida in sui motus leges perrahere potest penetransimum hoc venenum, quo nulla res alia potentius, intimiusque perverit & lenem Spirituum undulationem, & mentis illi correspondenter ordinem, atque integratatem; quo & tarantularum tristes effectus pertinent.

Circa præsumtiones deliriorum multa cumulantur, qua partim obscura sunt, partim incerta ac æquivoca; Præsumtiones & probationes furoris vocantur artificiales, quia ex conjecturis desumantur, cum tamen conjecturis rarissime forsitan innitantur, si enim nocere sibi aliisque homo velit perpetim, si incongrua, atque incohærentia efficiat, si robore polleat plus quam humano more Maniacorum vix à pluribus Viris detinendus, quisnam conjecturis hic locus est; aut si ægriudine animi atque anxietate dejectus, tremulusque inconcinne, vagèque & extra ordinem per saltus ratiocinetur, aberretque judicio suo, quisnam artificia hic ad probandum requirat? Cum græcus ille juvenis tota die in vacuo assideret theatro applaudens actoribus imaginariis, vel alias stans in portu cum gudio exciperet omnes quæ feliciter appellebant naves tanquam suas, quis poterat de ejus dubitate dementia, aut clariores ejus petere probationes. Cumque idem vi remediorum sanæ menti esset restitutus, quisnam supererat dubitationi locus, sanam esse ejus mentem, ac quercitas pol me occidisti amici! demto scil. per vim (ut rectè judicabas) mentis gratissimo errore. Cum porrò dicitur: Regulas bonas judicabis, si plerunque obtineant, ineptas si raro; Eisi jCtorum aut Medicorum principiæ seriò inculcaverint & defendere intenderint. Id solum monemus, non cuiusvis esse judicare an regule propositæ plerumque obtineant, hoc enim non nisi eorum est, qui amplissima gaudent experientia, & attentione prorsus fixa ac in rem unicè intenta; quis enim his subsiditis destiturns obloqui cum ratione poterit principiis JCTis, & Medicis, eorumque regulas revertere, ac rejicere; hæc præsumtio de viribus propriis, de que propriâ penetratione ac perspicacia multorum obnubilavit animos, dubitesque an Cel. Vir semper ab isto propriæ autoritatis ac sufficientiæ præjudicio planè fuerit liber.

Quod porrò §. 11. de Intellectu & Voluntate dicitur, quod intellectus magis pertineat ad naturam hominis physicam, voluntas ad mortalem, revera nil dicit; intellectus & voluntas sunt ipsa anima intelligens

gens & volens, sive ejus facultates, physicus &que ac moralis respectus utramque aequaliter afficit, nec divelli vel debent, vel possunt. Neque locutio accurata est: *Intellectus sua natura sanus est*; sanè ubi sanus omnino est intellectus, stulta non est penitus voluntas; & quot quæso erroribus obnoxius est intellectus? quoties incohærentes per saltum jungit ideas, etiam cum sanus apparetur dicitur ac habetur. Tota de mente ejusque functionibus Doctrina heic non satis fuit perspecta. Etsi id laudem mereatur, quod agnoscatur, secundum naturam moralem, id est, intuitu voluntatis, homines præsumi malos & insipientes; hominesque natura moraliter stulti dicantur; attendendum vero unā ad voluntatis intimum consiliarium, intellectum nempe, qui moraliter cœctus, ac mirè depravatus, & præjudiciis occupatus omni jure præsumendus est. Utrinque moralis imò aliorum correctio requiritur.

Quemadmodum verò quisvis præsumitur esse sanæ mentis, donec proberet contrarium; ita & concluditur hic, semel dementem & furiosum, si furor & dementia jam per aliquod tempus duraverit, & radices paulò aliores egerit, præsumi adhuc talem, nisi proberet contrarium; cum constet experientia mente captos & furiosos semel tales raro præfizæ integratæ mentis restitui; non sanè par utrinque ratio est, neque difficile est agnoscere, an menti redditæ sit Sanitas; si enim denudò ordinare jungat constanter ideas, nubes delirii feliciter transiit; & sanè plurimi restituuntur integratæ mentis, neque tam rarum id est ac quidem hic supponitur, quod vel eorum exemplo clarum est, qui febri ardente decumbentes delirant, aut qui phrenesi agitantur, qui plerique cessante morbi vi, eoque superato, integræ restituuntur menti; nec verò hi solùm, qui acutè delirant, tanto numero restituuntur integratæ plenæ mentis, sed & eorum plurimi, qui chronico modo delirio detinentur, etsi & haud raro nunc citius, nunc tardius, obnoxii sint novis mali priuiliis insultibus, in magnis lâpe intervallis sana mente fluentes. Afferit verò Cel. Vir furiosos, & mente captos in eo inter se differre, quod mente capti plerunque in continua dementia & privatione mentis vivant, furor autem sàpius intervalla habeat quietis apparentis. Illa autem observatio incerta est, nec experientia responderet, utriusque classis deliri plurimi redeunt ad sanam mentem; semperque id tenendum est memori mente, eosdem fortiter delirantes nunc Melancholicos esse, nunc Maniacos, semper tamen mente captos, hæc enim expressio utrisque convenit, nec pro distincta specie potest haberi, etsi enim verba ut nummi pro luctu

bitu valeant, præstat tamen uniformiter cum aliis ac distinctè loqui; si quidem evolvere potius res quam involvere sit animus. Dicitur porrò, supra jam ostensum esse, intervalla furiosorum non esse dilucida, nec certa; quod uti de quibusdam verum esse potest, ita de omnibus invita experientia supra suppositum quidem fuit, sed non ostensum, probatumve.

Mirari verò subit ista, que mox sequuntur verba: *Ue taceam, quod, nisi certa etiam essent intervalla furiosorum, tamen nulla appareret ratio, cur tum furentes in classem hominum sanorum sint referendi, cum tamen febricitantes etiam tempore intervallorum certorum, habeantur adhuc febricitantibus.* Sané enim nihil commune est febricitantibus ratione periodorum cum delirantibus, aliaque ratio est febricitantium continuè cum exacerbationibus, uti in tertiana maligna; alia ἀπορεῖται intermittentium, hi enim in intervallis non febricitant strictè loquendo; æquivocatio autem in eo quoque est, quod dicitur, furentes antea, tempore intervallorum in classem hominum sanorum non esse referendos, non enim additur, an sanitas mentis, an corporis intelligatur; Si autem respicit ad recidivas subinde ingruentes, insolita loquitur, deberetque ex febri convalescentes pariter eximere ex classe sanorum hominum, quia subinde, immo frequenter recidivis sunt obnoxii. Distinguenda sunt tempora, nec eadem est periodorum in omnibus morbis ratio; evidens id est in febribus, podagra, colica, epilepsia, aliisque. Questio verò §. 14. subiuncta: *Cur potentiores & nobiliores rariùs ad sanare mentem restituantur, quam homines inferioris ordinis?* Ufū omni destituitur, supponitque ut verum, quod incertum & adhuc in questione est; merasque accumulat conjecturas ac præsumptiones, ut ratio reddatur phænomeni, ubi questio an? nondum deducta est ad liquidum; si verò etiam experientia videretur annuere, raritas restitutionis penderet à ratiitate ipsius mali, notoriè enim plures ex plebe, utpote infinites numerosiore delirant, mirum ergo non est, plures etiam mente sanæ restituuntur.

Dum probatio furoris difficultè dicitur, facile id largientur omnes qua simulationem furoris, aut deliri, quamvis difficile non minus existimemus coram prudentibus atque attentis rei Viris diu simulate dementiam, ut missa tantisper sub jugando ratio non inopinatè suis sese scintillis per rimulas quasi prodat, nec quivis tam sapienter delirare, ac tam scitè ideas confundere, actionesque ad stulticiam inflectere potest, ac primo quidem intuitu videri queat. Nec perpetuum est, quod dicitur: *Furor*

*E*s dementia non immediate incurrit in sensus , sed ex variis conjecturis & rationibus non sine artificio probanda est ; contrarium enim tota die cernimus atque audimus ; gestus, verba , actiones, omnia hic testantur, si diuinius, ardentiusque obseruentur ægri . Nec obstat ratio addita de malitia propinquorum petentium ut proximi consanguinei declarentur furiosi , vel mente capti , supina enim est Judicis negligentia, qui ægro non satis exactè sub examen vocato præcipiti aspernū faverit nequitia avariciaque pertinentium iniquorum , neque enim adeo difficile est fraudem detegere, ut meritò mireris Huberi exemplum, de Politico summo stulto non solum declarato , sed & ob fictam insaniam bonis interdicto, atque tormentis re-mediiorum, mente captis alijs debitorum, impudentissime subiecto. Revocantque hæc nobis in memoriam similem casum Londini nobis odo abhinc lustris relatum : Vir taciturnus , a tardiori prædictus ingenio , à consanguineis amplissimorum, quæ possidebat , bonorum possessioni in-hiantibus, tradebatur invitus ac reluctans, splendidi, quod Betleum vorcant, Morodochii Praefectis , quorum præcipiti concluso, ac negligentiā, non attenta protestatione ejus iterata ac solenni, intrusus ergaftulo fuit, semper renitens , sanamque ostentans mentem , surdis verò narrabat fabulam, donec tandem submisera illa, quæ stultis impenditur, tractatione revera ex desperatione tandem in dementiam , furoremque incideret gravissimum ; cum nullum vidisse miserias suæ finem, sicque miserrimam in tristi loco vitam finivit. Singularem Gallorum in gravi hoc negotio attentionem recentissimo exemplo docet Abbas de Campagnole, cuius Frater iter instituerat in Angliam, arque in Templo Londinensi inter ipsa sacra fernal iterumque expolit in sacrum Oratorem Scloplos manuarios ; raptus hinc in carcere fuit , acriterque rigoroso examini subjectus, ignoruit verò paulatim Judicibus eum tali esse mentis dispositione, ut enor-mis hæc actio potuerit contingere in melancholico deliroque raptu nobilis hujus Galli, quare diutius ad certiorem rei explorationem in carcere detentum , tandem cum custodibus navi impositum Patriæ reddiderunt, Abbas verò prædictus , ut fraterna occuparet bona , fratrem includi er-gastulo petiit, at, cum dubio procul ista raptuum intervalla superarentur ab aliis lucidioribus duratione , transfrerandum ipsi in Angliam fuit, ubi nunc operosè fratris dicta ac gesta, tum ex judicialibus actis, tum aliunde conquirit, ut redux fraternis potiatur bonis , si mentis ejus alienationem clare satis docere queat.

Tutissi-

Tuissimum dicitur §. 16. ut Judex consulat super probationibus quibuscumque furoris & dementiae Medicos; ubi tamen notandum, sapientia comparata esse acta morbi historiam, ut vel ipsi etiam Medici non possint non haerere incerti, ob insufficientem circumstantiarum enumerationem, prasertim cum sermo est & quæstio, de actibus à delirante diabolico commissis ac preteritis, si antecedens æquè ac consequens status haud satius plenè sit descriptus, in iis scil. ubi tempora sua, eaque non stata, obtinet dementiae paroxysmus, vel furoris raptus; Multa enim hic requiruntur sui firma, de presumtione emota mentis ferenda sit sententia.

Circa criteria delirantium §. 17. 18. & 19. monita subministrantur egregia, revera enim nimia nunquam esse potest quantacunque etiam circumspetio, quæ & JCtis & Medicis in gravibus istiusmodi casibus summe est necessaria, ne cui fiat injuria, firmisque omnia nitantur rationibus, quæ circa delirantes statuantur. Id unum monemus, rectissime quartam regulam jubere, ut considerentur & verba & facta eorum, in quos cadit delirii suspicio, plerumque enim utrinque aberrationes occurunt, raro sola verba inepta sunt, rarius sola actiones, utrisque ergo attentione debetur scrutantium, imò & gestus, habitus faciei ac corporis, physiognomia, attente consideranda, unde & risum hic ineptum & intempestivum inter indicia dementiae imminentis videoas referri.

Ad §. 20. nonnulla obiter annotate opera pretium erit; non pragnant inter se, qui intellectum in delirantibus dicunt turbatum, & qui pro dementibus habent eos, quorum sensus communis, vel phantasia, vel memoria insigniter & valde sunt corruptæ aut debilitatae; anima enim sensitiva non est peculiaris in homine anima, nolumus tamen cum Cel. Viro statuere, sensum communem, phantasiam, ac memoriam esse potissimas & præcipuas intellectus facultates, cum & brutis denegari nec debeant, nec possint, in qua intellectus minimè cadit; possunt enim omnes sensus interni absque rationali cogitatione concepi, secus quam hic dicitur. Solus homo, uti hic rectè assertur, inter animalia cogitat, sed non solus homo internis gaudet sensibus; intellectus à sensibus recipit ideas, sed ordine eas & secundum rationem connectere, conceptus inde justos, propositionsq; ac syllogismos formare, ipsi soli competit, non phantasiae brutorum, quæ longissimè infra humanam (intellectui plurimum innexam) manet; hinc omnino internis sensibus confusis, redundat confusio in intellectuum suas inde accipientem ideas. Nec assentiri possumus variis affectionibus additis, v. g. quod ii, qui putent se videre, vel audire, quæ sensu-

sensibus hominum sanæ mentis repugnant, si una in re læpissimè erent, ad mente captos, si in plurimis ad furiosos referri debeant; si, que alii sensibus percipiunt, sanis oculis & auribus prædicti non attendant, ad mente captorum classem pertineant; hi ultimi enim æquæ possunt esse furiosi; priores vero illi furorū nulla dant indicia, errare enim circa plura objeta Melancholiā reddit fortiorē, furorem nec efficit nec designat, nisi accedat impetuosa Maniacorum indoles ac spectantia eō indicia. Nec placet sequens effatum: *Furiosos esse, quorum imaginatio & phantasia validè corrupta est, nemo negat;* imo vero nos cogitimus id negare, potest enim phantasia validè corrupta esse sine ullo furoris indicio, cum summa ex adverso meticolositate, anxietate, tremore miserorum melancholicorum. Rechè quidem asseritur non omnem memoriam defectum ad probandam dementiam sufficere, sed non æquæ benè additur: si quis adultus non proprium etiam ignoret eum non video, quomodo classi mente captorum possit eximi: à quacunque enim causa proveniat ista memoria lesio, nisi & cæteri sensus interni patiantur, nisi & circa res alias ideas earumque combinationes satis turbentur, mente capti dici tales haud posterunt, et si eos deserat memoria circa certas res, dum cæterā intellectus suo fungatur officio, nec à phantasmibus absurdis turbetur; novimus eorum magnū numerum, qui mente sanissimi, & ad rechè ratiocinandū apti memoriam graviter lesam esse acerbè dolent, & nunquam sine indignatione cum aliis conversantur, quia Verba etiam alijs familiaria non occurunt memoriae. Aliud foret, si nullius negotii familiaris quis recordaretur. Quam vero memoria peculiari se habeat in deliris ratione, & quantopere, sensu communi ac phantasia gravissimè lesi, possit illa vigere, suamque exerere vim, vel ex eo manifestissimum est, quod furiosi ac dementes cum sanitati restituuntur mentis corporisque, exactè eorum recordentur, quæ circa ipsos gesta sunt, & camprimis ex eo capite odio illos prosequantur, qui ipsis magis assidue, sollicitè in morbo adstitere, ac proin eorum voluntatibus atque inclinationibus absurdis se potissimum opposuerent. Declarabimus rem exemplis: Fœmina dein iterum alleganda, multis per annorum decursum intervallis demens ac furiosa, adeo exactam eorum omnium, quæ circa ipsam delirantem ac furentem gesta erant, recoluit memoriam, ut non solum recenseret singula, sed & eos, qui maximè stultitias, furoribusque ejus restiterant, postea avertirebatur; quæ & nunc post novum, diuturnum, ac terribilem insultum ita tranquilla, lucida, atque sapiens est, ut saniora nemo ab ea desideraverit. Cùm vero pluri-

pluribus jam vicibus ita eluctarit ex istis tenebris, quis eandem ipsi nunc  
 perpetuo si ed redcat promittat lucem, nemumque idearum prudentem.  
 Virum quoque producimus hanc memorie integratam sub ipso mentis  
 confusa ingenti furore confirmantem, hic post diuturnam valde demen-  
 tiam ac multis furoris vicissitudines omnium erat exacte conscius; inci-  
 derat ille in gravem melancholiā seu triste delitium terrore in castis  
 perculsi, gravibusque minis, increvit angor, merusque, & dehinc furor,  
 ut prae anxierate (ista enim inter furiosos maniacosque differentia probè  
 est attendenda, qua alii ex angustia sibi & aliis nocent, alii ex crudelitate  
 quadam violenta) ad valvas omnes, quò se præcipitem daret, compellere-  
 tur, ingeniosè quærens omnes elabendi rinas (astuta enim delirantium  
 incredibilis est) huic quovis conatu, aut vi, secunda erat vena, is verò an-  
 xiè sudans, furens, ac discurrens per fenestram prospexit, ac ab eo mo-  
 mento ad venam secundam nulla vi potera adigi, ligatus tandem vio-  
 lentiæ cessit, sed restitutus rei gestæ exacte conscius, reddidit hanc perti-  
 naciæ rationem, quod in ipso illo furore ac angore, (hæc enim frequen-  
 ter combinantur) viderit carnificem vicinas intrantem ædes, indeque  
 crediderit, si semel sella insideret, caput ipsi ense mox esse refecandum.  
 Addamus huic adhuc alium Virum: Insignium meritorum Jurisconsul-  
 tus inter curas muneric gravissimi concatenatas in gravem incidit Melancho-  
 liam, prorumpentem mox in Maniacos præ angore insultus, itum post va-  
 ria tentamina ad acidulas, quæ invito, humique prostrato infundebantur  
 largiter, sed & fontis instar salientis ab ipso ejiciebantur in altum, per-  
 petui erant angores, merusque, cum tremore, ac combinato furore, largo-  
 que manante ex astuanti corpore sudore, quærebant omnes ædium per quas  
 se præcipitem daret aperturas, ac dum anxiè discurrens se Deum Patrem  
 esse affidit ingeminaret, eo ipso momento apprehensio Medici thorace  
 quafivit: Unde verò tu mihi compater es? mox, ejus uxore ex adstan-  
 tibus valorem monetæ ipsi ignotæ exquitente, accurrens ipse exacte re-  
 spondit, valere illum nummum tunc 50. crucigeros, en memoriam, sen-  
 susque internos in ipso furoris decursu valentes! nunquam nisi hoc mo-  
 mento a clamoribus ineptis cessans, interque illos quærente alio, quis  
 centum abbinc circiter passibus obambulet, illico inter sua accurrens de-  
 liria, nominavit dominum illum redditissimè, illico in pristino pergens fu-  
 tore & angore. &c.

Et quod quælo referemus illos, quos unicum objectum angit, & in absurdâ conjicit delicia, horum apud Autores agmina occurunt ridiculis sanè tristibusque simul deliciis tortorum; De deliciis græci imaginariis in theatro, portuque supra diximus; quid ibi lœsum erat? in portu non errabat sensus, sed phantasia, in theatro & sensus & phantasia, & memoria errabant. Quid dicendum de casu sequenti, quem discursui publico commendamus: Illustris Dominus, mentis defacatae acumine pro aliis celebris, passus est sibi obrepere sensim sensimque Melancholiūm affectum, nonnisi unico tristi eum objecto incessanter torquentem, ceperit enim conqueri, ac firmiter sibi persuadere, deesse sibi ad vitam digno charactere suo splendore transfigendam necessaria, semperque increvit idea tristis, toramque adeò turbavit mentem, ut nullis aulae cederet promissis, Medica Galliarum, Italiaeque Collegia collatis consilii nihil proficiebant remedii exquisitissimis, imo & violentis; tristis illa unicaque idea adeò ipsum cetera ingeniosum agitabat, ut cum nulla concederet inducias, excedendum tandem ipsi aula, gravissimoque mente fuerit. Hic sanè status mentis si exactè explicandus sit, requiriatur cognitione profunda anima humana, ejusque functionum, nexusque intellectus cum internis sensibus, fixa enim adeò idea & indelebilis tandem totam adeò potest obscurare, atque occupare mentem, ut & in miscellum corpusculum redunder confusio, illudque dejiciat à statu sanitatis antea illibatae.

Seriò autem jocatur Ill. Vir pro more suo, dum §. 20. ira concludit: 4. Si illi qui falsas & inutiles, i. e. nimis abstractas ideas effabriant, & de iis tanquam pro aris & facis disceptant; si illi, qui falsas propositiones defendant, si illi, qui inepitis syllogismis uenuntur; si denique illi qui sine methodo docent, & floridus orationis affectus audiemus & legentium corrumpere intendunt, pro dementibus habendi essent, segnereetur illud absurdum, plerosque eruditorum, in omnibus facultatibus & disciplinis pro dementibus esse habendos, ne quidem exceptis Venerandis Ecclesia Patribus plurimiis, aut maximis hereticibus, item Papis, & hodiernum papizantibus. Ergo patet dementiam nequaquam in corruptione rationis, quatenus à sensibus internis abstractis, esse querendam. Q. E. D. At vero id quod demonstrandum ipsi videbatur, firmandumque per Satyram hanc acri malignitatis cuiusdam sale confpersum, absque istis ambagibus poterat concedi, neque enim intellectus in deliriiorum variis speciebus tanquam ab internis sensibus

bus abstractus considerari debet, aut potest, si recte rem velis ex principiis suis deducere; tam arcta enim inter istas mentis impressiones actionesque connexio est, ut facile non sit turbari quasdam graviter salvis omnino reliquis; nec nisi in casibus individualibus determinante licet, quænam in deliris partes sint internorum sensuum, & quænam intellectui tribuenda. Uti & circa ecstas, atque visiones sub illis evenientes, difficultimum est præcisè determinare, quænam imaginationi, & quæ intellectui sint adjudicandæ; nam etiam hic sàpè regnat affinitas cum deliriis, unde & visiones falsæ, & imaginariae (alia divinarum, verarumque ratio est) ab hac materia alienæ non sunt, ejusdemque cum aliis deliris considerationis, habentque affinitatem cum deliciis illis ac visionibus imaginariis, quas Græcus supra bis jam allegatus habuit quotidie pro lubitu in theatro, ubi & vidit, & audivit (suo judicio tum aberrante) sibi gratissima, ac de iis gaudebat; sic & in falsis visionibus, sive cum ecstasi, sive sine ea contingat, sensus interni gravissimè afficiuntur, talemque ludunt fabulam, quæ repræsentata intellectui non satis firmo, defocatoque, eum trahere in assensum, consortiumque potest, unde tam firmæ possunt oriiri persuasions, ut nullis evelli argumentis queant, plenamque videantur secum ferre certitudinem gravissimæ etiam deceptions. Si maximè tenebrarum Spiritus suas èd artes conferat, immisceaturque, quæ accuratè satis discernere paucorum est, ac discretionem spirituum requirit hand proletariam. Ita verò nunc etsi hoc quoque pertinencia prolixius non lubet persequi, nec enim vel tempus, vel chartæ ardám spatiū nobis majorem permittrunt prolixitatem ac diffusio nem.

Notanda verò etiam nonnulla sunt ad §. 21. &c. 22. Regula sexta hæc est: *Probatis variis verbis ac factis, de magna corruptione sensuum internorum testantibus, dementia firmissimè probata.* Nemo quidem de hoc dubitat, sed in casibus specialibus ac individualibus res sit difficillima, indequè est, quod in certis casibus adeò ardua res sit judicare de dementia, non sanè in iis, ubi perpetuae ineptiæ stultitiam nunquam non declarant, sed in iis, ubi sunt intervalla, ac de illis intervallis queritur; placet sibi admodum in explodendis intervallis dilucidis Vir Cel. in sequentibus, rectius verò, utiliusque mentem curamque suam applicuisse ad longè intricationem questionem de in-

tervallis tenebricosis, deliris, ac furiosis, quæ subinde D. D. JCris ac  
 Medicis negotii plurimum facessunt, cùm e. g. is, qui alias plura  
 munia recte obit, et si prius fuerit furiosus, nunc verò à plerisque  
 pro restituto habetur, subito aliquem sine ratione, imò contra ra-  
 tionem omnem, v. g. infantem antea sibi charum, occidit; vel a-  
 lius talia patrat, ut magistratum cogat ad ipsum interficiendum quia  
 vita tadio stulto laborat, & tamen sibi ipsi manus inferre non au-  
 det. &c. Hi sanè similesque alii innumeri occurrentes sunt illi casus,  
 ubi disputatur an dentur talia tenebricosa intervalla, an in casu pro-  
 posito adfuerint raptus tales furiosi, uti revera haud infrequenter  
 contingit, híc opus erat disquisitione, & signis, sed ista egregiè pra-  
 termittuntur, agiturque contra lucida intervalla, de quibus nemo cui  
 amplior contingit experientia dubitare potest. Præterea Vir Cel. men-  
 tem non satis applicat ad gradus dementiae, dicit quidem, caute  
 procedendum nec facilè quenquam vel dementem vel furiosum de-  
 clarandum, sed erant ista quā gradus specialius dicenda, potest enim  
 quod exemplum allegatur, aliquis in publico indecenter solvi in ca-  
 chinos, potest ridere prætereunte sine causa (& tale tamen solum  
 indicium dementiae §. 21. sufficiens habetur) ex petulantia, pronoque  
 ad derisionem animo &c. Cùm verò etiam híc raro quis subito fiat  
 pessimus ac stultissimus, status mentis diversi, gradus descendentia ab  
 ordine rationis ad confusionem delirii debent omnino constitui, ut  
 tum D. D. JCri, tum Medici conformiter in casibus propotitis possint  
 judicare, quæ res Viris ampla pollutibus experientia commendanda  
 est, ut limites justi constituant rationis paulatim descendentis, & de-  
 lifrii completi. Clarius mentem nostram Exemplum' aliud declarabit:  
 Vir paulò ante allegatus, qui Carnificis metu venæctioni  
 opposuit, plenè fuit curatus, ac præfecturæ sua ritè cum satisfactione  
 publici per plura lustra præfuit; cùm verò variae ipsum afflictiones tor-  
 querent, sensim iterum, sensimque incidit in trifitiam, morositatem,  
 suspiria, fungitur tamen munere suo, increscit triste delirium, tardius  
 tamen, si dehinc profundè Melancholicus, accedunt novi adversæ  
 fortuna fluctus, augetur Melancholia, neminem lædit, sibi non no-  
 cet, nec conatur nocere, plorat, suspirat, ringit, fulminat contra ini-  
 micos, non deserit per intervalla munericæ functiones, vider omnia  
 minari officio suo, metuit sibi vehementer, antagonistam, objectum

pot.

potissimum ipsi infestum, invisumque, videt assidentem cum aliis mense, jam tacta hoc objecto mens dejicitur de statu priori, involat in hunc, non attendens assistentes, arripitque ejus jugulum, facilè tamen ab aliis avellitur, paenitet eum postea facti, utpote nocituri ob circumstantias, augetur delirium cum planè ab officio removereatur. &c. Hic regulis opus est tempora talium hominum gradusque determinantibus, ac limites rationis ac delirii decernentibus. Ubi sanè plus negotii faciliunt intervalla furiosa, obscura, quam lucida, et si incerta quoque subinde ac determinatu difficultia. Pertinentque ad hanc quoque classem tentati; pone tibi ob oculos hominem persusum firmiter de damnatione æterna, eaque cogitatione perpetua tortum, aliumve trementem ob blasphemias in Deum injuriasque cogitationes, aut similes alios; hi diu tolerant istos angores, diu resistunt, funguntur maneribus suis, integra mente ratiocinantur in cæteris, contingit tamen increscere angores, mentem obnubilari fortius, sensim ad omnia fiunt inutiles, inde subinde incipiunt ineptire, delirare. Hic iterum limites requiruntur sanas mentis, à verè ægra & delira, &c. Similes easus occurtere possunt innumeri, præprimis circa illos qui certis tantum infixi objectis terrificis lente ad majora & universalia transeunt deliria; quòd & Viri Ill. ante allegati exemplum pertinet. Cùm verò ista non possumus plenè deducere, sufficit indicasse quantum hic D. D. JCtis æquè ac Medicis restet elaborandum. Quod autem dicitur in fine §. 21. Ut taceam regulariter simulationem à cautoribus detegi eo argumento, quod simulantium actus non cohærent; id, si sua luce debeat radiare aliter firmandum, enunciandumque est; siquidem hac ratione deliri omnes haberentur pro simulantibus, quia nullæ iporum res, actionesque cohærent, somnia sunt vigilantium, somniorum autem essentia in eo est sita, quod ibi saltus fiant, quod idea non cohærent, sed vagæ sint sine ordine.

Quæ autem modò desideravimus non sunt subtilitates, quæ §. 24. allegantur, leguleijstica & pseudophilosophica, aut pseudo-medica, sed res summè necessaria, & à Cel. Viro in hac disputacione haud satis discussæ, et si existimet, se sine opè aliorum rem hanc vastam ac difficultem in plena luce posuisse, cum existimet se niti quotidiana experientia, & principiis naturæ evidenteribus; monuimus vero jam suprà, ad tantum negotium absolvendum, experientiam longè

ampliorem requiri, quam eam qua pollebat Vir Ill. qui cum ægris  
 numerosis ipse versatus non est, quod tamen ad tale negotium re-  
 quiritur, si lucem velis affundere tenebris hic adhuc regnantibus.  
 Unde sanè nondum tempestiva fure plaudentis sibi Viri Cel. effata  
 § 26. non sine contemtu aliorum JCtorum ac Medicorum prolatæ;  
 cum revera ulterius quam ipsi progressus haud sit, etiæ aliquos eorum  
 errores, & confusiones detexerit, atque arguerit. At verò dum  
 Menochium, Manticamque exagitat §. 28. fatuos politicos cum mea-  
 te captis & furiosis confusissim eos alterens, ipse distinctionis poterat lo-  
 qui, dum perpetuò mente captos & furiosos sibi invicem opponit,  
 nec unquam sufficienter deliriorum species suis nominibus ac genui-  
 nis distinctionibus exactè separat. Elegans verò est Exemplum quod  
 afferre confusionis hominis heberioris ingenii cum demente in persona  
 Bibliopolæ Flavii, ubi sanè Judex Cajus quantumvis eruditus nimis  
 perfunditorie rem egit prorsus negligenter Flavium pro homine mer-  
 tis non compote declarans, donec juratis testibus cederet, qui ali-  
 quoites cum Flavio lusserint, depoluerantque quod non sine iudicio  
 lusserit. Nihil addimus, nisi Historiam, quæ & horum testium de-  
 positionem, vel potius deductam inde consequentiam quodammodo  
 forsitan posset aliquibus reddere dubiam: Ill. Bar. Pedem. egregiis in-  
 de à juventute doribus, ac postea Generalis militiæ Ducus munere in-  
 signis, incidit in Melancholiam (post gravem ex equo lapsum capi-  
 tisque insignem allisionem) sensimque ac sensim adeò factus est de-  
 cursu annorum taciturnus ac mente debilis, inò misanthropos, ut tur-  
 bato mentis usi quærerer soliditudinem metuens omnia, solus perpe-  
 tuò ferè in horto palatio contiguo sub oculis inspectoris sui famili-  
 que obambulans, appropinquabitibus Viris Illustribus illicò aufugiens  
 quærebat latebras; at cum famuli eorum in horto eodem quotidianis  
 lusibus globorum projectorum, Italo more, se se exercerent, adeò  
 non recessit, ut potius iis mox cum quadam gaudii specie appropin-  
 quaret, futurus attentissimus spectator, observatorque jactuum isto-  
 rum homunciorum, cumque illi litigarent assidue, pugnarentque de  
 jactuum præstantia, ipse ferè quasi rem agens, arbitrum se se consti-  
 tuuit atque ingessit, aptissimeque & juxta æquitatem decidit, quis  
 nam eorum reportarit victoriam; iudicio hoc apto se à fatuitate apud  
 neminem liberaturus, qui vita ejus mentisque rationem penitus no-  
 verat.

In §. 30. favet Cel. Vir P. Zacchiæ, eumque dicit à JCTis seculique vitio seductum, (nec negari potest confusio in his Zacchiæ locis regnans, ac minimè satisfaciens tam gravi negotio). Sed in §. seq. eum naso suspendit adunco, ejusque verba *uxatà nōdā* sequens eum ridet, ejusque asserta furiosorum lucida intervalla; nec attendit se quidem exhibilare Zacchiam, intervalla verò, de quibus quæritur non eliminasse ex foro vel Medico vel Juridico. Provocat ad rem rationem & experientiam, scilicet ad veros fontes, unde peti debet solutio quæstionis. Dicit ignota fuisse hæc intervalla omnibus veteribus JCTis, esse inventum Justiniani &c. addit: *De experientia quotidiana non opus est ut plura dicamus, cùm nullum exemplum habetens dari petuerit horum dilucidorum intervallorum.* Pace tamen tantum Viri ad rationem liceat provocare, & ad experientiam, si enim delirans aliquis intervallu non adeò brevi ad se redeat, loquatur prudenter, appositè, cohærenter, agat concinnè, ordinatè, ut attentis quoque prudentibusque satisfaciat, ille sanè habuit dilucidum intervallum, et si dein tardius, citiusve relabatur in delirium; Et tales libet mox allegare historias, quo ipso alterum experientia fulcrum admovebimus revocata in dubium hypothesi de intervallis lucidis, id est mentis eo tempore non turbatæ, non delirantæ. Autoritates vero non moramur. Nec ineptè Imperator, et si primus, inter intervalla furiosorum incerta & sèpè fallacia, & intervalla perfectissima, id est, ubi nihil delirii aut furoris poruit observari distinguit. Zacchiam refutare, uti jam dictum, non est eliminare dilucida delirorum & furiosorum intervalla; prius vero agitur operose sine fructu. Accedamus ad experientiam atque exempla, quæ quidem non omnia ejusdem evidentiæ, aut ad rem probandam apta sunt, ubi sèpè saltem quædam fulgura rationis integræ ex ipso delirio ac furore emicant, ac tale fuit in Viro supra memorato, qui in ipsa delirii *āxūn* ac furoris extravagantiis florenum, tum pretio diminutum, suis indicis agnovit, ac vitum remotum admodum (alias enim prudentibus adstantibus notus quoque erat) statim etiam non rogatus suo nomine appellavit. Alius vir ex ardenti Hungarica febri Phreneticus, eo percitus erat furore, ac robore, ut linteis lecti columnis alligatus accidentem Medicum inclamaret: unde vero tu nunc nobis Hæretice Lutherane, id vero tum corrigit cum maximè fureret, fulgurque quod-

quoddam mentis fuit. Alius vir ætatis consistentis subito nocte incidit in delirium ac furiosos impetus ac motus, clamans imminere extremum mundi diem, agitatoque in mortorio pistillo excitare ac morire omnes voluit, Chirurgum verò inter deliria venam mox sectorum monuit, ut quam ore tenebat lancedam eximat, inficta mox obsequenti sonora alapa ei, quem prius compellaverat honorifico D. affinis nomine, tale intervallum est lucidum, sed micula potius lucis quam lux. Vir pariter ille quem bis jam allegavimus, luculum tamē habuit in ipso furore, cum viro carnifice necem suam inde prævideret; sed uti dictum, tales breviusculæ fulgurationes luculæ latentes nondum probant intervalla dilucida. Accedamus ad exempla magis probantia; ac primo mox loco ad ultimum, quem modò non minavimus Virum qui ex terrore in castris concepto in triste ac furiosum inciderat delirium, ille scil. post gravissimas vicissitudines ac certamina, ac quandam quasi inter rationem ac deliria lucidam lenibus satis remediis restitutus fuit sanæ menti feliciter, diuturno usus intervallio dilucido, quippe præfecti functus per lustra quedam munere tandem redit lente ad delirium, dilucidis intervallis distinctissimum, in quibus quippe muneris sui obibat functiones, et si animo non latto, prudenter tamen, vicissitudo erat intervallorum obscurorum & dilucidorum, inter mores atque angores, ut supra dictum, immo inter intervalla furiosa, tristia, ac lucida tempus suum dividebat per aliquot menses, ut vel hominem ingratum sibi subito furore obtorto quasi collo invaderet, mox verò actus stulti penitentia duceretur inter gravia quæ sequebantur deliria, mente tamen sibi subinde evidenter redditæ. Fœmina 43. ann. in primo matrimonio perpetua vicissitudine nunc sapiens erat, nunc demens; decennio post in matrimonio secundo diu lucida planè nulla dat Melancholiæ indicia, donec tandem curas domesticas graviores præ se ferret, conquerens se non posse preces fundere; decumbit aliquando tota die in lecto, vesperi solo vestita industo se inde proripiensa accurrit ad puteum se in illum præcipitatura, retracta à Marito dicit, injunctum id sibi à S. Margaretha per bigam albarum columnarum. Sana postea ac lucida erat mens, sit puerpera, tertiaque septimana manè surgens infantis jugulum cultro petit, rescinditque vasa omnia, seminuda descendit ad aliam fœminam, illique indicat se infantem suum occidisse, fugam

fugam non querit captivę, sed monstrat occisum infantem; fatetur rem omnem, dicens nescire se cui id fecerit, nec quid tum senserit, pergit tamen causam praecipuam esse, quod infans eam in oeconomia sua impediverit, eique fuerit gravis, partim &c, ut ad votum diu conceptum & ipsa occideretur; constabat sibi postea adeo mens, ut nihil adverti posset certis intervallis ullius in mente corruptionis vel turbationis. Hic sanè ut in priore exemplo, obscura ac lucida intervalla sunt manifestissima. Fœmina illa, cuius supra circa memoriam meminimus, primum in puerperio gravissimè ac diu delirans ac furens rediit ad mentis usum integerimum, rediit verò malum intra plura lustra multis vicibus, ac diutissimè per vices, ubi non solum serena valde furorem distinguebant intervalla, sed & accuratissimè reddit ad se mens in negotiis agillima, ut diuturnis gauderet, dilucidisque intervallis. Jungimus aliam fœminam puerperam (ut & acuti delirii, atque morbi exemplum suppetat) hæc parco lochiorum fluxu inciderat in febris ardentem, accidente vehementi ac diuturna diarrhoea, delirare tandem circa quartam pueri septimanam cœpit, semel verò inopinatò mane integerimæ menti restituta, dilucidum planè habuit ac rationale proflus plus quam duarum horarum intervallum, ut disponere de rebus omnibus facile potuisset, quo finito angore, confusionesque delirii prioris rediere, paucis ante obitum horis ita cessantes, ut etiam clarissimè licuerit agnoscere, esse hæc obscura intervalla, à priori lucido distinctissima, exferente se tum per rimulas quasi quasdam tenui rationis exercitio. Theologæ quidam studiosus inde ab ætate puerili, spasmodicis circa gulam strictris, ac momentaneis animi alienationibus frequenter obnoxius, incidit tandem in Epilepsiam per plurimos etiam annos sanguinem, ut sacris tamen concionibus habendis non esset impar, adeo verò tandem exacerbatum est malum, ut post frequentissimos paroxysmos semper taciturnus in lecto deliraret, fureretque furtivis dictis, factisque, exsiliit semel subito è lecto (en furorem) adstantem Medicum peritus, arrepto tamen citò baculo adversus ipsum retraxit pedem, seque in lectum abdidit, brevi post cessavit furor, cessavit delirium, intervallum erat planè dilucidum, mens sanissima, utrū ex tanto malo afflita ac tri-

D

stis

ftis, usque ad novum paroxysmum, ubi prior ludebatur tristis fabula; En verò intervalla furentis lucida irrefragabilia, mox finienda novo Epilepsia insultu, idque sapissimè per vices, ut de intervallis dilucidis ne cæcus quidem apud hunc ægrum poruisset dubitare. Vir jam bis allegatus monetam agnoscentis in furore, remedii violentis sanatus rediit plenè ad mentem sanam, gravissimoque rursus præfuit muneri, omnibus de mentis integritate certissimis, post diuturnum verò dilucidum planè intervallum rediit Melancholia, rediit periodicus furor, sed in initio cum vicissitudine intervallorum nunc lucidorum, nunc obscurorum; restitutus fuit aliquoties, præfuit gravissimis negotiis, sed semper recidit in priores tenebras, non tamen sine lucidis intervallis. Possimus cumulare plura, cui verò hæc non sufficient, nulla sufficient.

Paragrapho 32. multa coacervantur de Melancholia rem magis confundentia quam evolventia. Πρῶτον Φεῦδος Viri Cel. aliorumque plurium fuit, quod temperamentum Melancholicum, ut pote ad physiologiam, statumque hominis sanum pertinens confundat cum Melancholia morbo, ad Pathologiam spectante, ac designante delirium triste sine febre & furore. Hæc non erant confundenda, cum ipse agnoscat Melancholico temperamento præditos non ideò esse suo loquendi modo mente captos vel deliros, cum innumeri sanissimæ mentis sint, imò omnia temperamenta apta sint ad suscipiendum delirium, si graves animi passiones, afflictionesque superveniant. Optandum esset, ut omnes hic JCri, Medici, ac Philosophi uterentur iisdem vocibus, ac definitionibus saltem nominalibus, aliás confusio nunquam cessabit; Melancholici enim revera sunt illi qui Viro Cel. dicuntur mente capti, estque illa appellatio & prior, & magis recepta distinguens Melancholiā à furore maniaco, sàpè cum ipsa tamen alternante ac combinata. Possunt ridere moderni atræ bilis vocabulum, aliquid rei ipsi analogum, quod determinare non possunt in Melancholia agnoscentur, vel tanquam causam, vel tanquam effectum. Hinc distinctione h̄c allegata inter melancholiā naturalem, & non naturalem sano sensu rectissime adhibenda. Hippocrates Melancholiā etiam

etiam furorem vocat, ob arctum frequentemque nexum. Ciceronis locus recte explicatus potest locum habere, nam revera non alia solum tanquam causa (sed tñ. effectu) sed & iracundia gravore, vel timore, vel dolore ad furorem deliriumque moverunt, id quod prius monimus; hinc nec Sennertus, nec Jcti meruerunt hanc castigationem; nec adeò incerta sunt, ut ex Ammanno referatur, principia ex Medicina in Jurisprudentiam translata si pensitata satis fuerint, nec sola autoritate nitantur.

Cætera in quibus vapulat Menochius tanquam exigui judicii vir omnia pullulant ex confusione utriusque, Melancholia, temperamenta scilicet & morbi. Pariter observatio de Melancholicorum sapientia, Melancholicos ex temperamento respicit, non verò illos ex morbo, sive multa eò spectantia concidant ultrò, nec debebat vapulare pauper Aristoteles. Nec de nihilo protus est, quod de Melancholia calida, frigidaque dicitur, sed mereretur discussio nem accuratiorem, nobis hec non permittam; et si nimium hic in genere temperamenti tribuantur. Comes de Gabalis nihil ad nos. Crœsus taxans scriptor, quod Foxum laborasse vitio melancholico dicat, sive inter vitia referat temperamentum melancholicum, ineptit ipse, cum Crœsus non loquatur de temperamento Melancholico, sed de melancholia morbo. Rectè verò distinguitur inter veram sapientiam, & eruditionem; Doctissimi possunt omnino peregrini esse in vera sapientia; rectè sentit de virtute herorum Græcorum larvata & phantastica. Socrates, Plato, Aristoteles sive fuerint Melancholici ex temperamento, sive ex morbo, sive penitus non, perinde est; ad minimum Socrates cum Aesculapio in limine mortis gallum juberet immolari satis insanivit. Nolim tamen Platonem & Aristotelem insanient sapientia autores dicere, cum etiam plurima vera ac bona dixerint, multique ex Christianis magis insaniverint iis in philosophando. Paucis multa hic dicuntur super vacanea. Ciceronis effigies hic depicta pulchra est. Nec indici illæsive abeunt Quakeri; omnesque homines à nativitate moraliter dicuntur stulti justissima appellatione, nec reliqua possimus improbare, quæ de sapientia Platonica, Aristotelia, Homericâ, Cicero-

niana, ex furore poëtico orta, specifrica (en flosculum antimagnum) hexifica, (en alterum) comtegabalistica, quakeristica &c. dicuntur.

Vapulant §. 34. & JCti (quibus vehementer rem exaggerando furorem imputat) castigantur, & Zacchias, qui si vapulet cum ipso consentiendo, quid ipsi accidet ubi dissentit, quatuor autem ejus regulæ fundamentis Medicis atque experientiæ fulcro non deficiuntur, unde paulò mitius cum ipso agendum erat, pariterque cum Jctis. Mascarodus, Mantica, Menochius, imò Justinianus sequenti adhuc §. malè excipiuntur, cumprimis ob dilucida intervalla, quæ semper pro ficticiis & contradictoriis declarat, putans se ea destruxisse. Et quam ineptè toties repetitur, non posse esse dilucida, vel dici, quia cognosci ex actibus debeant prudentibus, an ne indicio opus est in re etiam manifesta? Conspectus adumbrata quieris non dicit idem cum dilucido intervalla, sed cum incerto atque obscuriore, neque ex illa dictione licet aliquid concludere. Et cur quæsto tanto conatu pugnatur contra dementiam periodicam Tuditani, adeò ut vel historica fides Valerii max. negetur; perspicacissimus vir probè perspexit, se si hanc fateatur, dilucida intervalla amplius negare non posse, hæc enim historia, hoc testamentum clarissime probant dilucida intervalla, adeò quidem ut si illa aliunde non firmarentur, solus complexus eorum quæ in contrarium dicuntur, si animo à partium studio alieno rectè persistentur, demonstrant quæ omnes circumstantias Tuditanan habuisse intervalla & valdè dilucida, & valdè obscura atque delira, quæ ex actibus clarissimè diverso tempore elucebant; movebantque Magistratum ut testamentum prudenter factum confirmaret, et si in se jam ante propter intrinsecam bonitatem validum; prolixius verò ista deducere haud licet, cùm Vela nobis arctius nunc contrahenda sint. §. 39. Gothofredus sine ratione reprehendit, quod furor simulationem dixerit poena dignum, id enim sub certis circumstantiis verissimum esse, ex ipsa Cel. Viri deductione ostendi potest, imò sponte sua inde fluit. §. 44. Assertum Menochii rectè restringitur: pertinere ad arbitrium judicis determinationem quæstionis, utrum quis sit fa-

sit fatuus, nec ne; debet enim judex signis nisi evidenter, alias id  
 ipsi accidet, quod in historia supra allegato incepto ac negligentia  
 judici Cajo. Quod atinet ad §. 45. ubi dicitur, in dementia ra-  
 tionem semper laedi mediante laesione sensuum internorum, distin-  
 ctè sane ratiocinandum est; possunt in sensibus internis ingentes esse  
 turbae ac fluctus, intellectu tamen resistente fortiter, videmus id in  
 tentatis, qui intus in imaginatione toti sunt turbati, intellectu & vo-  
 luntate fortiter & generose resistentibus; cernimus analogum quid  
 in vehementibus animi affectibus, ira v. g. fervida, ubi intellectus  
 (præprimis gratia, uti & in tentationibus firmatus) rectiora videns,  
 etiam voluntatem firmiter potest retinere. Si intellectus plenè tur-  
 betur, semper & sensus interni erunt turbati; non tamen æqualiter  
 vice versa. In deliriis autem plenis intellectus omnino compatitur.  
 Quod autem concernit Zacchiam circa Galeni Theophilum ratioci-  
 nantem, negantemque per solam imaginationem laesam reddi ali-  
 quem posse dementem, non diffitemur, eum facultates mentis re-  
 stituimus perspicuisse quam Virum Cel. qui fatetur cum Zacchia: cum  
 magna (dixerim plena) imaginationis laesione semper conjunctam es-  
 se laesionem rationis (ubi tamen notandum imaginationis laesione non  
 rectè dici in cerebro esse, et si illi in cerebro respondeant tur-  
 bida vestigia) adeoque tam evidenter falsum non est quod porrò di-  
 cit Zacchias de affirmatione & negatione, quæ sapiunt profundam  
 Zacchiae circa mentis actus ratiocinationem ac meditationem. Bru-  
 tis quoque gratis hic interni sensus denegantur, Cartesianorum hoc  
 signum est quorundam, nec enim omnibus id tribuerim. Ho-  
 minis tamen interni sensus longè altioris ordinis, nobilioresque sunt,  
 & cum intellectu arctè nestantur, upote ejusdem Simplicis Spiriti-  
 tus facultates eleganter conjunctæ; nolimus verò cum Viro Cel.  
 primam, quæ vulgo dicitur, mentis operationem chimaram appelle-  
 lare. Bina exempla §. 46. & 47. recensita non sunt ex delirio,  
 animum tamen notant non multum inde distantem ac valde  
 paradoxum. Nos verò nunc manum sumimus  
 de tabula!



NOBILISSIMO DOMINO RESPONDENTI

S. P. D.

PRÆSES.

**Q**uandoquidem redux ex itinere, exantato cum applausu  
examine, felicibus auspiciis colophonem imponis vita  
Academica laudabiliter gestæ, equum est, ut summos in  
Arte Honores ex animo Tibi gratuler. Disputas de mente tur-  
bata animo egregie ordinato. Agnoscis quam exigua paucarum  
fibrillarum strictura maximos rationis humana hyperaspistas at-  
que admiratores posse ad contemtam stolidorum classem detru-  
dere. Sed eadem evidenter agnoscis magnum illud Dei donum  
(vel si mavis, parvas magni doni reliquias) rationem, ejusque  
excellentiam, si suos se se intra limites verecunda contineat. Tan-  
ta vero ejus est præstantia, ut mirari satis nequeas nonnulla pre-  
cipui acuminis ingenia ab astuto seculi Principe fatali adeò pro-  
fundaque cæcitate percuti, ut minimè credant repugnare, ani-  
mam hoc dono fulgentem materia subtilis sobolem esse. Hec scil.  
est precipua Lokiani Systematis macula, quovis delirio tenebri-  
cior, quavis animi aberrantis debilitate pernicioseior. Si nobiles  
sanæ mentis functiones has stolidæ subtilitatis tenebras non evi-  
dentissimè discuterent, sola sanè emota mentis tristissima deliria,  
sola lucidorum atque tenebriorum intervallorum vicissitudo  
infestum hoc rationi aquæ ac Religioni omni commentum abun-  
dantissimè refellerent. Nullæ hic materia modificationes, mecha-  
nismi nulli, nec ulla machinarum combinationes istis ægre men-  
tis, ac sua subinde integritati per vices redditæ, istis lucidarum,  
obscurarumque idearum nexibus incomprehensibilibus sufficiunt;  
omnia hic spiritualem Entis intelligentis indolem non loquuntur  
solum, sed clamant. Hanc Tibi bonam mentem Deus, largiter  
concessam servet in sano corpore, largiaturque, ut concredita hac  
Tibi lux salutaris eveniat innumeris ægris, Honoratissimo Do-  
mino Parenti honorifica, Tibi omni ex parte fausta præceos felí-  
cissima origo. Vale!





Tübingen, Diss., 1725-31

f



56.

W18




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-819328-p0036-2

DFG

Farbkarte #13



39  
1730, 1.  
15

Q. D. B. V.  
**MEDICÆ**  
QUÆDAM  
**NOTATIONES**  
*AD*  
**THOMASIANAM**  
**DISPUTATIONEM**  
*DE*  
**PRÆSUMPTIONE**  
**FURORIS**  
*ATQVE*  
**MENTIA,**  
*QVAS*  
UTORITATE AMPLISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ,  
*PRÆSIDE*  
**LIA CAMERARIO,**  
Med. D. ac Prof. Ord. Conf. & Arch. Wirt.  
**PRO LICENTIA,**  
AC OBTINENDIS HONORIBUS  
DOCTORALIBUS,  
AD DIEM MARTII M DCC XXX.  
ERUDITORUM EXAMINI  
SUBMITTIT  
**WILHELMUS FRIDERICUS JÆGER,**  
Kircho-Tecensis.  
TUBINGÆ, Literis ROEBELIANIS.